# The Electronic Manipulus florum
# www.manipulusflorum.com

## Monachus t
### cum uariis

Legumina, inquit, uentosa sunt, caseus stomachum grauat, lac capiti nocet, potum aque non sustinet pectus, caules nutriunt melancoliam, coleram porri accendunt, pisces de stagno aut de lutosa aqua mee penitus complexioni non congruunt. Quale est hoc ut in omnibus fluuiis, agris, ortis, cellariis reperiri uix possit quod comedas? Puta te, queso, monachum esse, non medicum, nec de complexione iudicandum, sed de professione. Parce, obsecro, primum quieti tue, parce deinde labori ministrancium, parce grauamini domus, parce consciencie. Consciencie dico non tue sed alterius, scilicet qui prope te sedens et edens de tua singularitate murmurat, et de tua superstitione scandalizatur.

Bernardus super Cantica sermone XXX.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$):

grauat] gauat $L^2$; melancoliam] melanconiam P $V^1$; congruunt] competunt C; possit] possis M; primum] primo B; dico non] non dico P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$; murmurat *om.* (*cor. in marg.*) B; sermone XXX. *om.* B